

IOACHIMVS CA

MERARIVS PABERG. AD O=

lescentibus optimis, Leonharto

Grundher, & Alberto Ro=

mero, Noricis, S.

S. D.



Um requiri apud nos cognouissem exempla partitionum Ciceronianarum, qui libellus ad elementa rhetorices in ordinaria & publica doctrina Academiae nostrae propositus esset, autor sui nostro Chalcographo, ut illa de sua officina nobis expressa promeret. In qua re cum se ille gratificaturum nobis esse promississet petijt uicissim ut nos aliquid quasi commendationis addere operi uellemus, uel explicatione, uel declaratione, uel etiam indicatione aliquorum, quae ab adolescentibus minus aut possent aut solerent intelligi, aut quorum absq; monitore fructus non etiam perciperentur. In eo sane, ut uerum fatear, grauatim obsecutus fui petitioni illius, cum & eius, cui apud nos hunc libellum enarrandi publice prouincia data est, operam interpretationi satisfacturam esse scirem, & si externorum respectum haberi placeret, Ioan. Sturmij praeclarae de hoc libello commentationes extarent. Sed ne quid omnino dissimulem, non tam haec mi

A 2

hiob=